



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 7. An est obligatio recipiendi hoc Sacramentum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

menta suscipiunt, vel actus amoris aut spei elicunt. Nam talis voluntas est voluntas implicita recipiendi hoc Sacramentum; & tunc presumendi sunt contriti, vel saltem attriti, nisi oppositum constet.

3. Extrema Unctio, cum non imprimit characterem, iterari potest & debet in diversis morbis periculosis; non tamen in eodem, nisi infirmus convaluerit, & postea in novum periculum mortis relabatur. Trident. c. 3. & Rit. Rom.

**Q. 7.** *An est obligatio recipiendi hoc Sacramentum.*

**Resp.** Constat esse grave peccatum, si omittatur cum scandalō aliorum, velex contemptu. Nec verò tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus S. injuria esse posset. Trid. sess. 14. c. 3. Sed controversia est de præcepto, præsertim divino, illud recipiendi. Hoc multi negant; at non pauci cum Toleto affirmant, & probant. 1. ex Jac. 5. *Infirmitur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, &c.* Quæ vox videtur præceptum sonare; & Trid. sess. 14. c. 3. Ex iis verbis inserta hanc unctionem mandatum Dei, & promissionem gratiæ habere. 2. Ex Conc. Cabilon. 2. c. 48. Secundum B. Apostoli Jacobi documentum, cui etiam documenta Patrum consonant, infirmi oleo, quod ab Episcopis benedicitur, a Presbyteris ungi debent. Vox debent non exprimit merum consilium. Et ex Conc. Col.

lon. an. 1536. *Est autem Unctio impendenda cum expositione mandati apostolici.* 3. Ex praxi Ecclesiæ; quæ summa sollicitudine semper curavit, & curat ut ab omnibus infirmis suscipiatur. Item ex fidelium consuetudine & sensu, nam magnum scandalum paterentut, si viderent aliquem hoc Sacramentum recusare: quod certè non fieret, si nullam obligationem illius recipiendi agnoscerent. 4. Quia est contra curam debitam salutis propriæ omittere sine iusta causa medium per se certum & ordinarium, & *præsidium firmissimum* (ut ait Trid.) à Christo institutum ad roborandum contra diaboli tentationes, quæ graviores sunt sub finem vitæ, ut idem docet, & ad liberandam animam aeternæ damnationis periculo, in quo tunc maximè versatur.



## TRATCATUS DE ORDINE.

**O**RDO sumitur dupliciter. 1. Pro speciali quadam potestate stabili exercendi aliquod, officium relatè ad conficiendam Eucharistiam, certo ritu sacro solemniter collata. Et hoc sensu est quid permanens. 2. Pro ipsa Ordinatione seu ritu sacro, quo potestas illa confertur. Et hoc sensu est quid tract-